p. b. s. desunt 2. 3

a) totid
c)
anno
b/e

ipse esset archidiaconus ipsius beati Severini (intellexit voces illas divinitus) [et clericus, ad preces beati Severini]
esse sanctorum angelorum animam beati Martini deferentium ad superorum
gaudia. Igitus post abitum beati Severini, cum dictus beatus pontifex Euer-
gislus sibi in pontificatu coloniensis ecclesie successisset, accessit tem-
pore quodam Tungrim predicandi gratia et confirmandi populum in fide
catholica, locum ipsum visitaturus. Ubi cum nocte surgens ad orationem acces-
surus ad ecclesiam pergeret, martirio fuit coronatus, prout haec et
alia sanctitatis et vite sue gesta in legenda sua apud ecclesias plenius con-
tinentur. Corpus autem hujus sancti Euergisli post modum sub im-
perio Ottonis primi imperatoris per Brunonem archiepiscopum
coloniensem translatum est coloniam, et ibidem in ecclesia ~~sancte~~ beate
Cecilie virginis honorifice tumulatum, ubi eiusdem sancti viri
reliquie requiescunt miraculis choruscando.

Solinus.

g. p. C. 5 X Quarto loco successit in pontificatu coloniensis ecclesie venerabilis
presul Solinus.

Simeneus.

ib 6 X Quinto loco successit eidem in pontificatu coloniensis ecclesie
venerabilis presul Simeneus.

Remedius.

ib 7 6 Sexto loco sedit in cathedra coloniensis ecclesie venerabilis ~~presul~~ pater et
~~pontifex~~ presul a) Remedius.

+ a) pontifex 2. 3.

Cunibertus.

ib 8 Septimus dehinc ~~loco~~ successit in presulatu coloniensis ecclesie sanc-
tus presul Cunibertus, sub imperio videlicet Eraclii Cesaris, qui cepit
regnare sub anno domini 610 a). Seditque sub eodem Eraclio et filio
ejusdem Constantino ~~tertio~~ III, et nepote ejusdem Constante b) ~~tercio~~ III imperatoribus,
Temporibus quoque Dagoberti I ~~primi~~ regis francorum, et filii ejusdem
Sigiberti, annis 40 ~~X~~ c). Hic beatus Cunibertus fuit filius Crallonis,
illustris ducis Lotharingie. Cui etiam scilicet beato Cuniberto rex francorum
Dagobertus supradictus, inter reges francorum (fama et potentia) nominatissimus,
prefatum filium suum Sigibertum in annis adolescentie ~~suo~~
constitutum transmisit Coloniam, virtutibus et scientia educan-
dum et ipsius sancti viri ducta in Austrasia regnaturum. Ipse
quoque beatus Cunibertus nobilem illam possessionem, videlicet
oppidum Susa tenorum ~~cum~~, cum suo territorio, coloniensi ecclesie sua
industria acquisivit. Exstruxit quoque ecclesiam extra muros
urbis coloniensis in honorem Sancti Clementis martiris, con-
ventumque fratrum ibidem instituit et possessionibus magnifice
dotavit; que tandem mutato nomine sancti Cuniberti ecclesia nun-
cupatur. In qua ipse tumulatus honorifice requiescit, mira-
culis choruscando. Cujus vita, virtutes et gesta in legenda ipsius
plenius continentur.

+ a) 613° ~~?~~ 2.
~~ita 1. 2.~~ a/ ~~Constante 2~~ b/ Constantino 2. 3.
1. 2. c/ ~~[illegible] 2~~ d/ decem 2. 3

Bacaldus.